

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XCVI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

mundo elegit per quem factus est mundus. de quo ipse dicit. Non uenit fili-
 us hominis ut iudicet mundum sed ut saluet mundus per ipsum. mundus
 eo iudicante damnatur. mundus eo subueniente saluatur. Quoniam sicut arbor
 foliis & pomis. sicut apaleis & frumentis. ita infidelibus & fidelibus plenus
 est mundus; princeps ergo mundi huius. hoc est princeps tenebrarum harum.
 id est infidelium de quibus eruitur mundus. quibus dicitur. fuistis aliquando
 tenebre. nunc autem lux in domino. princeps mundi huius de quo alibi dicit. nunc
 princeps mundi huius missus est foras. utique. iudicatus est. quoniam iudicio ignis
 aeterni irreuocabiliter destinatus est. & de hoc itaque. iudicio quo princeps
 iudicatus est mundi. arguitur a sancto spiritu mundus. quoniam cum suo principe iu-
 dicatur. quem superbus atque impius imitatur. Si enim dominus sicut dicit aposto-
 lus per angelos. peccantibus angelis non pepercit. sed carceribus caliginis inferi
 & rudens tradidit in iudicio puniendos seruari. quomodo non a sancto spiritu de
 hoc iudicio mundus arguitur. quando in sancto spiritu haec apostolus loquitur.
 Caedant itaque homines in christum. ne arguantur de peccato infidelitatis suae
 quo peccata omnia deinde inentur. transeant in numero fidelium. ne arguan-
 tur de iustitia eorum quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum
 iudicium. ne cum mundi principe iudicentur quem iudicatum imitantur.
 & enim ne sibi existimant & parci superbia dura mortalium. de superbiorum
 supplicio terrenda est angelorum.

**INCIPIT SERMO XCVI DE EO QUOD DICIT. ADHUC MULTA
 HABEO UOBIS DICERE SED NON POTESTIS PORTARE MODO.
 CUM AUTEM UENERIT ILLE SPIRITUS UERITATIS DOCEBIT
 UOS OMNEM UERITATEM.**

In isto sancto euangelii capitulo ubi dominus ait discipulis suis. Adhuc multa
 habeo uobis dicere sed non potestis portare modo. prius quaeren-
 dum illud occurrit quomodo superius dixerit. Omnia quae audiui
 a patre meo nota uobis feci. & hic dicit. adhuc multa habeo uobis dice-
 re sed non potestis portare modo; uerum illud quomodo dixerit quod
 nondum fecerat tamquam fecerat. sicut ea quae futura sunt dominum fecis-
 se propheta testatur dicens. qui fecit quae futura sunt. iam cum ipsa
 uerba tractarem ut potuimus exposuimus; nunc ergo quae ista sint
 quae apostoli tunc portare non poterant. uultis forsitan scire; sed quis
 nostrum audeat eorum se dicere iam capacem. quae illi capere non uale-
 bant. ac per hoc nec a me expectanda sunt ut dicantur. quae forte non
 caperem. si mihi ab alio dicebantur. nec uos ea portare possitis. & iam si ego
 tantus essem ut a me ista quae uobis altiora sunt audiretis. & fieri quidem

potest. ut sint aliqui in uobis ad ea capienda iam idonei quae alii capere
nondum ualent. & si non omnia de quibus magister dñs ille dicebat. Adhuc
multa habeo uobis dicere. Tamen eorum fortasse nonnulla; sed quae nō
sint ista quae ipse nondixit. temerarium est uelle praesumere ac dicere.
nam & mori pro xp̄o nondum erant idonei tunc apostoli. quibus dicebat.
Non potestis me sequi modo; unde primus eorum p̄tr̄us qui hoc se iam pos-
se praesumpserat. aliud expertus est quam putabat; & tamen postea &
uiri & mulieres. pueri & puellae. iuuenes & uirgines. seniores cum iuniorib;
Innumerabiles martyrio coronati sunt. & posse inuenta sunt oues. quod tunc
quando ista dñs loquebatur. nondum poterant portare pastores. num
quid ergo debuit illis ouibus dici in illo temptationis articulo. quo certa-
re usq. ad mortem pro ueritate oportebat & pro xp̄i nomine uel doctri-
na sanguinem fundere. Numquid inquam debuit eis dici. quis uestrū
audeat idoneum martyrio se putare. cui p̄tr̄us idoneus nondum fue-
rat quando eum os ad os ipse dñs instruebat. Sic itaq. dixerit aliquis. non
debet dici populis xp̄ianis. audire cupientibus quae sint de quibus dñs
tunc dicebat. Adhuc multa habeo uobis dicere sed non potestis portare mo-
do; si apostoli nondum poterant. multo minus uos potestis. quia forte
sic multi possunt audire quod tunc nondum poterat p̄tr̄us. sic multi pos-
sunt martyrio coronari quod tunc nondum poterat p̄tr̄us. Praesertim
iam misso sp̄u sc̄o qui tunc nondum erat missus. de quo continuo subiunxit
atq. ait. Cum autem uenerit ille sp̄s ueritatis. docebit uos omnem uerita-
tem. sic utiq. demonstrans ideo illos quae habebat dicere. non posse por-
tare. quia nondum ad eos uenerat sp̄s sc̄s. Ecce concedamus ut ita sit mul-
tos a modo posse portare iam misso sp̄u sc̄o. quae tunc eo nondum misso
non poterant portare discipuli; numquid ideo scimus quae sint quae dice-
re noluit. quae tunc scitemus si ab eo dicta legeremus uel audiremus. aliud
est enim scire utrum a nobis uel a uobis portari possint. aliud autem scire
quae sint. siue portari possint siue non possint; quaecum ipse tacuerit.
quis nostrum dicat. ista uel illa sunt. aut si dicere audeat. unde probat.
Quis enim est tam uanus aut temerarius. qui cum dixerit & iam uerū qui-
bus uoluerit quae uoluerit. sine ullo testimonio diuino adfirmare ea esse
quae tunc dñs dicere noluit. quis hoc nostrum faciat & non maximā culpā
temeritatis incurrat. In quo nec prophētica nec apostolica excellit aucto-
ritas. nam profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctori-
tate firmatis qui post ascensionem dñi scripti sunt. parum fuerat hoc legis-
se. nisi illic id & iam legeretur hoc ex eis esse quae tunc dñs noluit discipulis

dicere quia non poterant illa portare. tamquam si uerbi gratia ego dicere. illud quod legimus in huius euangelii capite. In principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. hoc erat in principio apud dñm. & alia quae sequuntur. qñm postea scripta sunt. nec ea dñm ih̄m dixisse narratum est. cum hic esset in carne. sed haec unus ex apostolis eius ac sp̄u eius sibi reuelante conscripsit. ex his esse quae noluit tunc dñs dicere quia ea discipuli portare non poterant. Quis me audiat tam temente ista dicentem. si autem ubi hoc legimus. ibi & iam hoc legemur. quis non tanto apostolo credere. sed id quo q. mihi uidetur absurdissime dici. eat tunc non potuisse portare discipulos. quae de inuisibilibus & altissimis rebus inuenimus in apostolicis litteris quae post modum scriptae sunt. nec ea dñm quando cum illis uisibiliter erat dixisse narratur. Cur enim ea tunc ferre non poterant. quae nunc in eorū libris quis non legat. quis non ferat & iam si non intellegat. Nonnulla quidem homines infideles in scripturis sc̄is & non intellegunt cum legunt. uel audiunt. & lecta uel audita ferre non possunt. sicut pagani. quod per eum qui crucifixus est factus est mundus. sicut iudaei quod filius dī sit. qui eo modo quo ipsi celebrant sabbatum soluit. sicut sabelliani quia trinitas est pater & filius & sp̄s sc̄s. sicut arriani quia aequalis est patri filius & patri ac filio sp̄s sc̄s. sicut fotiniani quia non homo tantum similis nobis. sed & iam dñs dō patri aequalis est xp̄s. Sicut manichei quod ih̄s xp̄s per quem liberandi sumus. nasci est in carne & de carne dignatus. & ceteri omnes per uersarū ac diuersarum sectarum homines utiq. ferre non possunt quid quid in scripturis sc̄is & in fide catholica repperitur. quod contra eorum profertur erroref. sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum uanitates & insanias mendaces. Quid est enim ferre non posse. nisi aequo animo non habere. Sed omnia quae post ascensionem dñi canonica ueritate atq. auctoritate conscripta sunt. quis fidelis uel & iam cathecumēnus ante quam sp̄m sc̄m baptizatus accipiat. non aequo animo legit atq. audit. & iam si nondum sicut oportet intellegit. quomodo ergo aliquid eorum quae post ascensionem dñi scripta sunt. non possent ferre discipuli & iam nondum sibi misse sp̄u sc̄o. cum omnia nunc ferant cathecumini nondum accepto sp̄u sc̄o. quia & si non eis fidelium sacramenta produntur. non ideo fit quod ea ferre non possunt. sed ut ab eis tanto ardentius concupiscantur. quanto eis honorabilius occultantur. qua propter carissimi non a nobis expectatis audite quae tunc noluit dñs discipulis dicere. quia nondum poterant illa portare. sed potius in caritate proficite quae diffunditur in cordibus nostris per sp̄m sc̄m quid datus est nobis. ut sp̄s feruentis

& spiritalia diligentes. spiritalem lucem. spiritalemq. uocem quam
carnales homines ferre non possunt. non aliquo signo corporalibus ocu-
lis appatente. nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente. sed inte-
rioris conspectu & auditu nosse possunt. non enim diligitur quod penitus
ignoratur. sed cum diligitur quod ex quantula cumq. parte cognoscitur.
ipsa efficitur dilectione ut melius & plenius cognoscatur. Si ergo in carita-
te proficiatis quam diffundit in cordibus sp̄s sc̄i. docebit uos omnem ueri-
tatem. uel sicut alii codices habent. deducet uos in omni ueritate. Unde
dictum est. Deduc me dñe in ueritate tua & ambulabo in ueritate tua. sicut
non a doctoribus exterioribus illa discatis quae noluit tunc dñs dicere. sed
sicut omnes docibiles dō. ut ea ipsa quae per di-
ctationes atq. sermones ex-
trinsecus adhibitos didicistis & credidistis de natura dī non corporea. nec
loco aliquo inclusa nec per infinita spatia locorum quasi mole distenta.
sed ubiq. tota & perfecta & infinita. sine uicibus colorum. sine figuris
linamentorum. sine notis litterarum. sine serie syllabarum ipsa mente
conspicere ualeatis. Ecce dixi aliquid quod forte in desit. & tamen accepis-
tis & non solum ferre non potuistis. uerum & iam libenter audistis. sed ille
magister interior qui cum adhuc discipulis exterius loqueretur. ut adhuc
multa habeo uobis dicere. sed non potestis portare modo. uel & nobis id qd
de incorporea dī natura dixit intrinsecus ita dicere sicut sc̄i angelis dicit
qui semper uident faciem patris. nondum ea portare possemus. proinde
quod ait. Docebit uos omnem ueritatem uel deducet uos in omni ueritate.
Non arbitror in hac uita in cuiusquam mente posse compleri. quis enim ui-
uens in hoc corpore quod corrumpitur & ad grauat animam. possit omnem
cognoscere ueritatem. Cum dicat apostolus. ex parte scimus. sed quia per
sp̄m sc̄m fit unde nunc pignus accepimus. de qua idem dicit apostolus.
Tunc autem facie ad faciem. & nunc scio ex parte. tunc autem cognoscam
sicut & cognitus sum. non quod in hac uita sed totum quod usq. ad illam p̄-
fectionem futurum dñs nobis promisit per caritatem sp̄s dicens. docebit
uos omnem ueritatem uel deducet uos in omni ueritate. Quaecum ita sint
dilectissimi moneo uos in caritate xp̄i. ut seductores caueatis impuros & ob-
scenae turpitudinis sectas. De quibus ait apostolus. Quae autem occulte fu-
erunt ab eis. turpe est & iam dicere. ne cum horrendis in mundiciis doceat
coeperint. quae aures humanae qualescumq. sint portare non possunt.
dicant ipsa esse quae dñs ait. Adhuc multa habeo uobis dicere sed non po-
testis portare modo. & per sp̄m sc̄m asserant fieri ut possint illa inmundae
& nefandae portare. alia sunt mala quae portare non potest qualiscumq.

pudor humanus. & alia sunt bona quae portate non potest paruus sensus humanus; ista sunt in corporibus impudicis. illa remota sunt a corporibus uniuersis; hoc in pura carne committitur. illud pura mente uox certatur. Renouamini ergo spū mentis uestrae & intelligite quae sit uoluntas dī. quod bonum & beneplacitum & perfectum. ut in caritate radicati & fundati. possitis comprehendere cum omnibus scīs quae sit longitudo. latitudo. altitudo & profundum. Cognoscete & iam super eminentem scientiae caritatem xpī. ut impleamini in omnem plenitudinem dī. isto enim modo uos docebit spūs scīs omnem ueritatem. cum magis magisque diffundit in cordibus uestris caritatem.

INCIPIT SERMO XCVII DE EADEM RE.

Spūs scīs quem promisit dñs se discipulis suis esse missurum qui eos doceret & omnem ueritatem. quam tunc quando cum eis loquebatur portate non poterant. de quo spūs scīs sicut dicit apostolus. nunc pignus accepimus. quo uerbo intellegemus eius nobis plenitudinem in uita alia reseruari. ipse ergo spūs scīs & nunc docet & fideles quanta quisque potest capere spiritalia. & eorum desiderium magis accendit si quisque in eacartate proficiat. qua & diligit cognita & cognoscenda desiderat. ita ut ea quoque ipsa quae nunc quomodo cumque cognoscit. nondum se scire sciat sicut scienda sunt in euita. quam nec oculus uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quo sciendi modo si nunc ea uellat interior magister dicere. id est nostrae menti aperire atque monstrare. humana infirmitas portate non possit. Unde me uestra dilectio meminit iam loquutum. cum scī euangelii uerba tractaremus. ubi dñs ait. Adhuc multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo; non ut in his dñi uerbis nescio quae secreta nimis abdita suspicemur. quae cum dici a docente possint. portari a discipulo non possunt. sed ea ipsa quae in doctrina religionis in quorum libris hominum notitia legitur & scribimus. audimus & dicimus. si uellat eo modo nobis xpīs dicere. sicut ea dicit angelis scīs in se ipso unigenito patris uerbo patrique. coaeterno. quinam portate homines possent. & iam si iam essent spirituales quales adhuc apostoli non fuerunt quando eis ista dñs loquebatur. qualesque postea ueniente scō spūs facti sunt. Nam utique. quidquid de creatura sciri potest. minus est ipso creatore. qui summus & uerus & immutabilis dī est. & qui eum tacet. ubi non a legentibus. disputantibus. quaerentibus. respondentibus. laudantibus. cantantibus. quo quomodo sermocinantibus; postremo ab ipsis & iam blasphemantibus nominatur. & cum eum nemo tacet. quis est qui eum sicut intellegendus est capiat. cum de oribus